

Christoph Martin Burchard

Geniale Festum, Serenissimi Ac Celsissimi Principis Ac Domini, Dn. Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis Megapolitani ... Die XXVI. Novembris illustre, solennissima Panegyri, In Auditorio Maximo, Interprete Jo. Joachim. Weidenero ... Oratione Festiva De Pietate Subditorum circa Genalia Principum Festa, Musis suis jubet esse sacrum, Ac Omnes omnium Ordinum ...

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1720]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1793426880>

Druck Freier  Zugang



2°

Carel Leopold.

1713 - 1748.

Mkl f I

1926-4°



35. Seite

Mahlbg. f I.

1926.-40

1720.

GENIALE FESTUM,
SERENISSIMI AC CELSISSIMI
PRINCIPIS
AC
DOMINI,
DN. CAROLI
LEOPOLDI,
DUCIS REGNANTIS MEGA POLI-
TANI, PRINCIPIS VETUSTÆ GENTIS HE-
NETÆ, SVERINI AC RACEBURGI, COMITIS ITEM
SVERINENSIS, TERRARUM ROSTOCHII AC STAR.
GARDIÆ DYNASTÆ,

Universitatis Rostochiensis

CANCELLARII MAGNIFICENTISSIMI;
PRINCIPIS ac DNI. NOSTRI Longe CLEMENTISSIMI,
Die XXVI. Novembris illustre, solennissima Panegyri,
In Auditorio Maximo,

INTERPRETE

JO. JOACHIM. WEIDENERO,

SS. Theol. D. & Professore P. Ord. ac ad Divum Mariæ Pastore Primario,

ORATIONE FESTIVA

De Pietate Subditorum circa Genalia Principum Festa,

Musis suis jubet esse sacrum,

Ac
Omnes omnium Ordinum Per-Illustres, Excellentissi-
mos, Generosissimos, Summe Reverendos, Consultissimos, Amplissimos, Præ-No-
bilissimos, Admodum Reverendos, Præcellentissimos ac Præ-Clarissimos Dominos,
Regiminum Moderatores, Studiorum Antecessores, Divinarum ac humanarum
rerum Arbitros, Sanctæ fidei Con-Defensores, Artium Doctores & Aca-
demiæ Fautores, cum Generosa Dnn. Studiosorum corona,
Ea, qua par est humanitate ac officioſiſſime invitat.

CHRISTOPHORUS MART. BURKHARDUS,

Medicinae D. & P. P. O. hodie Academiae RECTOR.

ROSTOCHII, Typis Joh. Wepplingi, SFRENISS, PRINC. & AGAD. Typogr.

1722



Ndoles ea, IMPERANTUM, qva

Benevolentiam & Majestatem inter subditos gloria qvadam, diffundunt, NUMINIS SUMMI delectum distingvit munus, qvo puta insigniuntur, antecellunt ac cluunt, ut reveriti maneant sine odio, & adamentur super popularem affectum elevati: Vereor, an Symbola Columnarum Jachin & Boas, quibus atrium Salomonæi miraculi fulgido ferociit jubare, propitius juris, in usus meos converterim, ut Jachin ad præparationem, Boas ad firmitatem regiminis assimilari possit? fiducia vero trahor ad rem ipsam insigni, ubi nullus ambigo, qvin directionis politicæ non arcanum adeo, qvam invictissimum arbitrer axioma: Subditorum perpetuam oboedientiam nonnisi his duobus sustineri fulcris, dum qvicqvid *Gratia*, viæ instar, amabili gressu sternit, illud ad reverentiam facile protendit *majestas*, ut sic arceantur accersiti, nec nimis, prope, nec nimis remote versari, sanctis assuescant obsequiis.

Platonis fabulam de *MINOE*, quem novem annis auditorem *JOVIS* ac discipulum fuisse commentus est, redolere secretius qvoddam DEI cum Principe commercium, non diffitebuntur, qui *Synesi OSIRIDEM* aliquantis per *augustissimus cœlestium numinum* sacris initiatam, divina mysteria inspexisse & primum id a *Duis* assecutum, opinantur, ut *Reipublicæ majoribus præcesset auspiciis*; & quæ magis sotica legis Persicæ fuit causa, dum Regem, ut *DEI cuncta sospitantis effigiem*, venerandum constituit, nisi fundaretur in eo, quod regii operis vis ac amplitudo diffundatur in omnia: Si vero teste *Tullio*, benevolentiae, quam quisque habet erga nos, primum illud est in officio, ut ei plurimum tribuamus, a quo plurimum diligimur, & si erunt merita, ut non ineunda, sed referenda sit gratia, major quædam cura sit, adhibenda: quis ergo facivas non adhiberet aures peroranti: Quod si ea, quæ utenda acceperis, majore mensura, si modo possis, jubet reddere *Hesodus*, quid non beneficio provocati facere debemus? an imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt, quam acciperunt? Etenim si in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre: quales in eos esse debemus, qui jam profuerunt? Nam cum duo genera liberalitatis sunt, unum dandi beneficij, alterum reddendi: demus nec ne, in nostra potestate est: Non reddere viro bono non lices, modo id facere possit sine injuria. Nec dubium quin *MAXIMO* cuique plurimum debeatur, cuius beneficia judicio, considerate constanterque delata sunt.

Non potuit propterea conciliari cum ingratis *Seneca*, quorum diversa vitia hac serie delineavit: Sunt, inquit, quidam, qui nolunt nisi secreto accipere: testem beneficij & conscient vitant: quos scias licet male cogitare. Quomodo danti in tantum producenda notitia est muneric sui, in quantum delectatura est eum, cui datur; ita accipienti adhibenda concio est. Quod pudes debere, ne acceperis. Quidam furtive agunt gratias, & in angulo, & ad aurem. Non est ista verecundia, sed inficiandi genus. Ingratus est, qui, remotis arbitris agit gratias. Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios (conciliatores & proxenetas) nec signatores advocari, nec chirographum dare: Idem faciunt, qui dant operam, ut beneficium in ipsis collatum, quam ignissimum sit. Verentur palam ferre, ut sua potius virtute quam alieno adjutorio consciunt dicantur. Rariores in eorum officiis sunt, quibus vitam aut dignitatem debent, & dum

dam opinionem clientium simens , graviorem subeunt ingratiorum . Alii pessime loquuntur de opime meritis . Tunc est quosdam offendere , quam demeruisse . Argumentum nihil debet sim odio querunt . Atqui nihil magis præstandum est , quam ut memoria nobis meritorum haret , qua subinde reficienda est : Quia nec referre potest gratiam , nisi qui meminit , & qui meminit jam refert . Nec delicate accipiendum est , nec submisse & humiliter . Nam qui negligens est in accipiendo , cum omne beneficium recens placeat , quid faciet , cum prima ejus voluptas refixerit ? Alius accepit fastidiose , tanquam qui dicat : Non quidem mihi opus est : sed quia tam valde vis , faciam tibi mei potestatem . Alius supine , ut dubium præstante relinquat , an senserit : Alius vix labia deduxit & ingratiatur , quam si tacuisset , fuit . Ingratis his frontibus stigmata decernunt illi , qui pro meritis , non privatoribus modo pendere grates , honestum ducunt , sed & obligationem , qua devincuntur superioribus , sanctam & insolubilem senserunt , id namque propitiis viribus & obsequiosa moliuntur pietate , qvod Seneca exhibito jam dum loco , justum ac æquum habuit , scribens : Cum accipiendum judicaverimus , hilares accipiamus , profientes gaudium : & id dante manifestum sit , ut fructum presentem capiat . Justa enim causa latitia est , latum amicum videre : justior fecisse . Grate ad nos pervenisse indicemus , effusis affectibus : Quod non ipso tantum audiente , sed ubique testemur . Qui grata beneficium accepit , primam ejus pensionem solvit . Loquendum pro magnitudine rei impensis & illa adjicienda : plures , quam putas , obligasti ? Nemo enim non gaudet beneficium suum latius patere . Nescis quid mihi præstiteris : Sed scire te oportet , quanto plus sit quam astimas . Statim gratus est , qui se onerat . Nunquam tibi gratiam referre poterat : Illud certe non desinam , ubique confiteri , me referre non posse . Quid est tam grati animi , quam nullo modo sibi satisfacere ? quam nec ad spem quidem exequandi unquam beneficii accedere ? His atque ejusmodi vocibus id agamus , ut voluntas non lateat , sed aperiatur , ut luceat . Verba cessent licet . Si quemadmodum debemus affecti sumus , Conscientia eminebit in vultu . Qui gratus futurus est , statim dum accipit , de reddendo cogitat . Chrysippus quidem dicit , illum velut in certiamen cursus compositum , & carceribus inclusum , operi debere suum tempus , ad quod velut dato signo profiliat . Et quidem magna illi celeritate opus , magna contentione , ut consequatur antecedentem .

Sed IMPERANTIBUS in his major est prærogativa , ut vindicare , SE SIBI valeant , ubi reliqui ad generosam confugiunt patientiam , reverenda siquidem illa amplitudo & autoritas , quam in animis hominum vultus & Persona , atque officium Principis gignit , venerabundo stupore percutit & officii memores jubet esse , dum efficit , ut nec moliri quidem subditi , aduersus Principem quicquam possint , etsi forte velint , piis vero ac mansvete sequacibus porrigit ardoris sui , mille partitionum modis incluti , benedicta prorogatio ; Qvis enim obnixas sanctioris pectoris ac oris non penderet grates , ubi quisque cum singulis , se & totam suam fortunam superioribus deberi , obnoxio calculo hariolatur ? Profecto ! ne minima quidem Majestatis præsidia negliget , qui maxima sectari anhelus percupiit , autoritatis namque parandæ præsidiorum & artium accurata atque solers fit tractatio oportet , ne qvod una manus corripit , altera amittat . Est enim perabsurdum , in quibusdam rebus gravitatem & summæ fortunæ dignitatem asleverare , in aliis nihil vel pro privati auctoritate pensi habere , nullum moris actusque decus curare , nulla siquidem res maiorem constantiam requirit , quam studium dignitatis : neque quisquam facilius contemnitur , quam qui vitandi contemptus curam modo acriter intendit , modo segniter remittit .

Sit ergo nobis IMPERANTIUM DUCUMq; Benevolentia & Majestas non in IPSORUM modo , sed in nostrum , qui paremus , ingenii sita , foveatur & inter preces ac obsequiosa suspiria augeatur SERENISSIMORUM PRINCIPUM benignum ac sublime ingenium , cum & honorificentius nullum suppeditet nomen , PATRIÆ PATREM revereamur , qui parentibus vitam , His vero UNCTIS DEI salutem & in columia debemus reliqua fata ! In arduam hanc & homagiale nos ducet obligationem DN. D. WEIDENERUS , Theologie Professor Publicus Ordinarius , ad Divum Maria Pastor Primarius , peroratus in solemní Eruditorum Panegyri : DE PIETATE SUBDITORUM CIRCA GENIALIA PRINCIPUM

PUM

PUM FESTA, Dies enim Augustissimus, quem vigesimum sextum mensis No-
vembris celebramus, vita primam tribuit scenam Serenissimo ac
Celsissimo Principi ac Domino, DOMINO

CAROLO LEOPOLDO,

Duci Regnanti Megapolitano, Principi vetustæ
Gentis Henetæ, Sverini ac Raceburgi, Comiti item
Sverinensi, Terrarum Rostochii & Stargardiae Dy-
nastæ, Academiæ nostræ Cancellario Magnificen-
tissimo, Principi ac Domino nostro Longe Clemen-
tissimo. Et propterea conspirant ardentissima vota, ut Summus Cœlorum
ac Regnantium assertor eat in partes & itenarrabili favoris Divini abundantia
HEROEM ac DOMINUM NOSTRUM cingat atque coro-
net, tribuatque Ipsi secundum cor Suum, ut Consilia confirmentur, & salus
floreat ubi vis! Exuberet eadem gloria, benedictio cœli super **Serenissimam**
& Regii Sangviniis Principem ac **DOMINAM**

CATHARINAM IWANOWNAM

Terrarum Megapolensium Dominam atque Matrem lon-
ge Clementissimam, ut, QVÆ dedit **PRIMORDIA ILLU-**
STRISSIMÆ PROLIS, non modo in **Serenissima FILIA**
PRINCIPE, lætis motibus acquiescat, sed & mox congemina fertili-
tate conscientia fiat partus, quo Megapoleos posteri **SUCCESSIONEM**
REGIMINIS prosperati suspicient!

Hæc ut votorum est submissime sincera summa, ita confidimus, fore has
Augustas & Geniales ferias singulis solemnissimas & pie sacras, quem
& in finem **Omnes omnium Ordinum Per-Illustres, Excel-**
lentissimos, Generosissimos, Summe Reverendos, Consul-
tissimos, Amplissimos, Præ-Nobilissimos, Admodum Re-
verendos ac Præclarissimos Dominos, Regiminum Mo-
deratores, Studiorum Antecessores, Divinarum ac hu-
manarum rerum Arbitros, Sanctæ fidei condefensores,
Artium Magistros & Academiæ fautores, cum Generosa
Dnn. Studiosorum corona, ad officii sanctam normam, & ea,
qua par est humanitate, solenniter ac publicitus
invitatos volo.

Publicatum & Sigillo Universitatis corroboratum.
Anno MDCCXX. Die xxiv. Novembris.

(○)



pensionem clientium simens, graviorem subeunt ingratiorum. Alii pessime loguntur
 me meritis. Tunc est quosdam offendere, quam demeruisse. Argumentum nihil deben-
 dio querunt. Atque nihil magis praestandum est, quam ut memoria nobis meritorum
 ,qua subinde reficienda est: Quia nec referre potest gratiam, nisi qui meminit, & qui
 sit jam referat. Nec delicate accipendum est, nec submisse & humiliter. Nam qui
 ens est in accipiendo, cum omne beneficium recens placeat, quid faciet, cum prima ejus
 as refrixerit? Alius accepit fastidiose, tanquam qui dicat: Non quidem mihi opus est:
 ia tam valde vis, faciam tibi meritorum potestarem. Altius supine, ut dubium praestanti re-
 nit, an senserit: Alius vix labia deduxit & ingratiatur, quam si tacuisset, fuit. Ingratis
 ontibus stigmata decernunt illi, qui pro meritis, non privatoribus modo
 er grades, honestum ducunt, sed & obligationem, qua devincuntur superi-
 s, sanctam & insolubilem senserunt, id namque propitiis viribus & obse-
 a moliuntur pietate, qvod Seneca exhibito jam dum loco, justum ac æquum
 t, scribens: Cum accipendum judicaverimus, hilares accipiamus, profientes
 im: & id dante manifestum sit, ut fructum presentem capiat. Justa enim causa
 est, latum amicum videre: justior fecisse. Grate ad nos pervenisse indicemus,
 affectibus: Quod non ipso tantum audiente, sed ubique testemur. Qui grate
 ium accepit, primam ejus pensionem solvit. Loquendum pro magnitudine rei im-
 & illa adjicienda: plures, quam putas, obligasti? Nemo enim non gaudet bene-
 suum latius patere. Nescis quid mihi praefiteris: Sed scire te oportet, quanto
 quam aestimas. Statim gratus est, qui se onerat. Nunquam tibi gratiam re-
 oterat: Illud certe non desinam, ubique confiteri, me referre non posse. Quid
 a grati animi, quam nullo modo sibi satisfacere? quam nec ad spem quidem ex-
 unquam beneficii accedere? His atque ejusmodi vocibus id agamus, ut volun-
 n lateat, sed aperatur, ut luceat. Verba cesserent licet. Si quemadmodum de-
 affecti sumus, Conscientia eminebit in vultu. Qui gratus futurus est, statim
 ceperit. de reddendo cogitat. Chrysippus quidem dicit, illum velut in certiamem
 & carceribus inclusum, operi debere suum tempus, ad quod velut
 Et quidem magna illi celeritate opus, magna contentione, ut con-
 temtum.

ERANTIBUS in his major est prærogativa, ut vindicare,
 ubi reliqui ad generosam configunt patientiam, reverenda
 plitudo & autoritas, quam in animis hominum vultus & Per-
 ium Principis gignit, venerabundo stupore percutit & officii
 esse, dum efficit, ut nec moliri quidem subditi, aduersus Prin-
 possint, et si forte velint, piis vero ac mansvete sequacibus
 is sui, mille partitionum modis incluti, benedicta prorogatio;
 as sanctioris pectoris ac oris non penderet grates, ubi quisque
 & totam suam fortunam superioribus deberi, obnoxio calculo
 facto! ne minima quidem Majestatis præsidia negliget, qui
 in helus percipiit, autoritatis namque parandæ præsidiorum
 ta atque solers sit tractatio oportet, ne qvod una manus corri-
 at. Est enim perabsurdum, in quibusdam rebus gravitatem
 haec dignitatem asseverare, in aliis nihil vel pro privati auctori-
 , nullum moris actusque decus curare, nulla siquidem res ma-
 m requirit, quam studium dignitatis: neque quisquam faci-
 , quam qui vitandi contemptus curam modo acriter intendit,
 emitte.

opis IMPERANTIU M DUCUMq; Benevolentia & Majestas non in
 o, sed in nostrum, qui paremus, ingenii sita, foveatur & in-
 equiosa suspiria augeatur SERENISSIMORUM PRINCIPUM
 blime ingenium, cum & honorificentius nullum suppeditet.
 IAE PATREM reveremur, qui parentibus vitam, His vero
 salutem & incolumia debemus reliqua fata! In arduam hanc &
 ducet obligationem DN. D. WEIDENERUS, Theologiae Pro-
 narius, ad Divum Maria Pastor Primarius, peroraturus in solemnis
 egypti: DE PIETATE SUBDITORUM CIRCA GENITALIA PRINCI-
 PUM

